

cilis exceptiōis secundū quod diximus in tractatu primo huius libri, & procedere ad ostendendū illud quod dat dictio eius, est declarare in primis figuris pluriū angulorū æqualiū cōprehensionis, q̄ quæcunq; earū est pluriū angulorū est maioris quantitatis, & cū declarati fuerit illud permutare iudiciū ad circulū & sphaerā, & si nō, quomodo ergo egrediet sermo eius, & propter illud oportet, q̄ circulus sit maior superficiē, & sphaera maior corporum. Et si sciisset, q̄ declaratio huius intentionis in figuris ad inuicē esset difficilior pluriū q̄ declaratio eius in figura & sphaera, nō processisset ad dicendū dispositionē figurarū ad inuicē cū intentio qua intendit nō sit nisi declaratio dispositionis sphaeræ cū figura pluriū angulorū, nō dispositionis figuræ cū figura. Amplius egreditur ex uirtute sermonis eius in permutando iudiciū de figuris ad circulū & sphaerā, & q̄ circulus est plenus angulis superficialibus & sphaera plena angulis corporeis. Et nunc quidē redeamus ad cōplendū sermonem eius in hoc capitulo, & est, & iam inuenimus uiam ad sciendū illud iterū ex rebus naturalibus de quibus est, q̄ æther est corpus coeli, est subtilior omnibus corporibus, & magis simile eis ad inuicē, & illa quæ sunt similis superficiē ad inuicē, duo tm̄ sunt de superficialibus circulis & de corporibus sphaeræ. Cū igit̄ ether nō sit superficies, & neq; sit nunc tūc oportet, ut sit sphaericus, & de eis est, q̄ oīa corpora terrena, quibus accidit corpora creata sunt in figuris suis ex frustis rotundis diuersarū partiū, & omīa corpora coelestia sunt in figuris suis sphaerica similiū partiū rotunda, & ppter illud oportet, ut sit sphaericus tenens ea cū sit similis naturæ eorū sphaericus, & quoniam partes eius sunt similes, erit totus eius rotundus cum æqualitate.

De hoc q̄ terra cum omnibus partibus suis sit sphaerica in sensu per comparationem ad totum.

**E**T declaratur nobis iterū, q̄ terra cū omnibus suis partibus sit sphaerica figura in sensu. Nos nāq; uidemus solem & lunā & reliquas stellas nō oriri & occidere in omnibus in hora una, sed ortus earū apud illos, qui sunt in oriente, antecedit ortū ipsorū qui sunt in occidente, & occasus eorū apud eos est iterū similiter & post illud, ppter ea q̄ nos inuenimus considerationes temporū eclipsiū, & præcipue lunarū, quæ sunt in tēpore uno in locis illorū, qui firmauerunt eorū rememorationē antiquorū in locis diuersis, nō æqualis spatio meridie. Et inuenimus semper horas quas scripserūt illi, qui considerauerūt de orituris pluris antecessiōis ad circulū meridiē, q̄ illæ, quæ rememorationē scripserūt occiderentur. Et qm̄ iterū inuenimus diuersitatē horarū secundū quantitātē diuersitatis spatio in loca, oportet ut dicamus, q̄ superficies terræ est sphaerica, quoniā assimilatio maximū terræ in æqualitate sit semper in locis, quæ se sequuntur ad inuicē secundū directionē unam, & si figura terræ foret nō sphaerica, non esset ita, & possumus quidē iterū ex eo q̄ dicam: Si terra foret concaua, uidentur stellæ oriri prius super occidentem, & si esset plana, orientur sup omnes qui sunt in terra in hora una, & si esset triagularis, quadrata, aut alicuius alterius figuræ pluriū angulorū, orientur iterū stellæ in hora una in omnes inhabitantes in superficie una super rectam lineā. Nos autē nihil horū uidemus, sed nō est terra figuræ colūnalis rotunditatis, cuius superficies sit ad orientē & occidentē, & si superficies duarū basiū eius sint ad duos polos mundi, sicut æstimauerūt quidā, qd̄ est propinquius ad sufficientiā, qm̄ si ipsa foret ita, nō uiderētur aliquis eorū qui habitaret super rotunditātē eius aliquā stellæ apparentiū semper, imō stellæ aut omnes orientur aut occiderent semp̄ super omnes eorū, aut stellæ eadem, quæ elongatio ab unoquoq; duorū partium esset elongatio æqualis, sempiternæ essent occultationis apud omnes eos, & nos quidē uidemus, q̄ quanto plus imus ad partē septētrionis, tunc secundū quantitātē nostri insus in ea, multiplicat̄ illud quod occultatur à nobis de stellis meridianis, & qd̄ apparet nobis de septentrionalibus. quare declaratur nobis per æqualitātē eius, q̄ regit rotunditas terræ à nobis, in hijs duabus partibus iterū cū cōparantur ad inuicē in omnibus partibus, q̄ ipsa est sphaerica, & similiter cū imus in mari ad montes, aut ad loca alta sublimia à quibuscunq; horizontibus, aut ad quoscunq; fuerimus, uidemus additionē eorum paulatim, ac si ipsi eleuentur ex mari, & quasi ipsi essent submersi in eo.

Et post